Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sacis quod fecim vobis ego dominus et magister crempsimus dedi vobis
ut et vos ita facatis Comp. Refecti vitalibus alimentis
quis domine deus nr. ut quod tpe nos tribuis nr
exsequimur in nos tribuatis cue munere sequi
Q
uitur. Benedicamus domino Sdimo nd tae passio sti ewnlo
Egressus ihs cum discipulis suis transiuit
torrem cedron ubi erat hortus. In quem introiuit
ipe et discipuli eius. Sciebat autem iudas qui tradebat
eum locum: quia frequenter ihs conuenerat illuc cum
discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem
et a pontificibus et phariseis ministros venit illuc
cum laternis et facibus et armis. Ihs autem sciens omnia
que ventura erant super eum: processit et dixit eis. Quem
quaeritis. Responderunt ei. Ihm nazarenum. Dicit eis
ihs. Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat
eum cum ipis. Vt ergo dixit eis ego sum abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Iterum ergo in
terrogauit eos. Quem quaeritis. Illi autem dixerunt. ihm
nazarenum. Respondit ihs. Dixi vobis: quia ego
sum. Si ergo me quaeritis sinite hos abire: ut impleatur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non
perdidi ex eis quemquam. Simon ergo petrus habens
gladium eduxit eum: et percussit pontificis seruum
et abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo ihs petro. Mitte
gladium in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum. Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum comprehenderunt ihm et ligauerunt eum
et adduxerunt eum ad annam primum. Erat autem
socer caiphe: qui erat pontifex anni illius. Erat